
Tekst doktoratu

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawnohistoryczny 54/3-4, 22-23

2011

Artykuł został opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Q. F. F. _____ F. Q. S.
SUMMIS AUSPICIIS REI PUBLICAE POLONORUM
ET
SANCTAE APOSTOLICAE SEDIS

NOS

HENRICUS SKOROWSKI
 SCIENTIARUM HUMANARUM DOCTOR HABILITATUS,
 IN FACULTATE SCIENTIARUM HISTORICARUM ET SOCIALIUM PROFESSOR
 ORDINARIUS,
 HOC TEMPORE RECTOR MAGNIFICUS

IOSEPH WROCEŃSKI

IURIS CANONICI DOCTOR HABILITATUS,
 IN FACULTATE IURIS CANONICI PROFESSOR EXTRAORDINARIUS,
 HOC TEMPORE DECANUS SPECTABILIS

IOSEPH KRUKOWSKI

IURIS CANONICI DOCTOR HABILITATUS
 IN FACULTATE IURIS CANONICI PROFESSOR ORDINARIUS,
 PROMOTOR RITE CONSTITUTUS

SENATUS UNIVERSITATIS STUDIORUM
CARDINALIS STEPHANI WYSZYŃSKI
VARSOVIAE SITAE
AUCTORITATE

DIE VICESIMA SEPTIMA MENSIS IANUARIII A. D. MMXI DECLARATA

IN
 EXCELLENTISSIMAM AC SPECTABILISSIMAM DOMINAM
 DOMINAM

HANNAM SUCHOCKA

AB ANNO DOMINI MMI REI PUBLICAE POLONORUM LEGATAM
 DIPLOMATORIAM APUD SANCTAM APOSTOLICAM SEDEM TEMPORIBUS
 PONTIFICATUUM BEATI IOANNIS PAULI PAPAE II EIUSQUE SUCCESSORIS
 BENEDICTI PAPAE XVI☼

PRAESIDEM SUPREMI CONSILII ADMINSTRORUM REI PUBLICAE IN
 POLONIA ANNIS MCMXCII ET MCMXCIII ET POSTEA AB ANNO MCMXCVII
 USQUE AD ANNUM MM REI IUDICIARIAE PRAEPOSITAM ATQUE
 COGNITRICEM GENERALEM CIVITATIS☼

CUIUS STUDIO ATQUE OPERA RESTITUTA EST PERPETUOQUE CRESCIT
 FIDES ATQUE BENEVOLENTIA, QVAE OLIM INTER POLONIAM ET SANCTAM
 SEDEM INTERCEDEBAT, EIUS ENIM REGIMINE CIVITATEM NOSTRAM
 DIRIGENTE ANNO MCMXCIII INITUM EST A NOBIS FOEDUS, QUOD
 CONCORDATUM DICITUR ☼

LEGATAM IN PARLAMENTUM POLONUM ALIQUOTIES ELECTAM ☼ QUAE
STUDIA IURIDICA IN UNIVERSITATE STUDIORUM ADAMO MICKIEWICZ
DICATA, POSNANIAE SITA, PERDUXIT ET IN HOC CLARISSIMO ATHENAEO
GRADUM DOCTORIS IURISPRUDENTIAE ASSECUTA EST☼QUAE
SUIS STUDIIS SCRIPTISQUE IN IURISPRUDENTIAE THESAURUM MULTA
APPORAVIT ☼

QUAE APUD POLONOS ET ALIAS NATIONES MAXIMAM GLORIAM ADEPTA
EST PROPTER SUA MERITA ERGA REM PUBLICAM VARIOSQUE CIVIUM
ORDINES ET COETUS, PRAECIPUE AUTEM PROPTER ADHIBITAM CURAM,
UT RELIGIOSI ET LAICI MELIUS SESE INVICEM INTELLEGERENT ☼

DECORATAM CRUCE MAGNA ORDINIS BEATI PAPAE PII IX ☼

QUAE EST DOCTOR HONORIS CAUSA UNIVERSITATIS OKLAHOMAE
ET PONTIFICIAE ACADEMIAE THEOLOGICAE CRACOVIENSIS HODIE
HABENTIS NOMEN PONTIFICIAE UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS IOANNIS
PAULI II ☼

QUAE VITA SUA NOBIS OMNIBUS DEMONSTRAT, QUOMODO IN SCIENTIIS
ARTIBUSQUE COLENDIS ET IN RE PUBLICA ADMINISTRANDA VIRTUTES
HUMANAS ET CHRISTIANAS SEQUI POSSIMUS ☼CUI NUMQUAM
FORTITUDO DEFUIT QUIN FIDELITER AMPLECTERETUR ID, QUOD IUSTUM
ET HONESTUM PUTARET

DOCTORIS HONORIS CAUSA SCIENTIARUM IURIDICARUM

NOMEN ET HONORES, IURA ET PRIVILEGIA CONTULIMUS IN EIUSQUE REI
FIDEM PERPETUAMQUE MEMORIAM HOC DIPLOMA SIGILLO UNIVERSITATIS
STUDIORUM CARDINALIS STEPHANI WYSZYŃSKI
VARSOVIAE SITAE SANCIENDUM CURAVIMUS

H. T. DECANUS SPECTABILIS

H.T.RECTOR MAGNIFICUS

REV. IOSEPH WROCEŃSKI

REV. HENRICUS SKOROWSKI

PROMOTOR RITE CONSTITUTUS

REV. IOSEPH KRUKOWSKI

DATUM VARSOVIAE, DIE VICESIMA SEPTIMA MENSIS MAI A.D. MMXI